



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Albertus Episc. 9. Februarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

102 VITÆ SANCTORUM. 9. Fe  
protracta est. Et sanè præclarè personam  
sustinuit Christianam, quippe cui ore a-  
tiùs omnes, quibus ætas proiecta in eum  
diem pepercerat, dentes, quām Christus  
evulsi. Quid agitis manus carnificum?  
fortem esse APOLLONIAM excusſi  
dentes, & fractæ malæ loquuntur; al-  
majora tormenta provocate, nihil hu-  
mile tam alta spondent principia. Ecce  
rogus ingens succenditur, crēpant flam-  
mæ, furit populos, minantur lictores aut  
Christum abjice, aut in ignem abjiciere  
APOLLONIA. Quid hic illa? paulu-  
lum apud animum suum, quasi consul-  
tans, subsistit, mox bullente jam sanctio-  
re sub præcordiis igne, non morata tor-  
tores, generoso ausu ipsa involat in flam-  
mas, è flammis ad cælum evolat. I. nunc  
Scaevola fortissime Romuli nepotum:  
Manus tuæ miraculum rogus hujus vir-  
ginis extinxit. Ex Surio.

*Si quis hoc dictum corde frequentaret,*  
**O** Domine quando te diligam! citius si  
sintiret experimentaliter inflammari, quam  
si de secretissimis celestibus, & aeternage-  
neratione, vel processione millies cogitaret.  
S. Bonavent. in Theol. Myst. Q. ult.

S. ANSBERTUS EPISC. 9. Februarij.

**N**on vidit splendiorem gemmam  
Clotarii regia, quām ANSBERTUM  
adolescentem Superis juxtā & homini-  
bus

9. Feb. VITÆ SANCTORUM. 103  
bus clarum. Et verò invidit jam tum  
Clotario Ephebum Deus, & in suam tra-  
ducere aulam laboravit. Sed & huic pul-  
chriùs regiâ cælum arridebat. Quare  
sponsam, quam habebat nebilissimam,  
lubens volens, cùm ita ipsa etiam vellet,  
Christo cessit; ipse, rarissimo miraculo,  
monachus in aulâ vixit, & his ipsis, qui-  
bus perire alios videas, ad meliora sanctè  
abusus est. Certè cùm cantus regiam per-  
streperent, interquæ modulos dulces dul-  
ciores luderent fides, ab his animum  
ANSBERTUS advertisse ad cælestem  
musicam perhibetur haud paulò melio-  
rem. Itaque aliis levi pede terram obeun-  
tibus, ipse cælos rectius obibat. Illud cre-  
do dices: ergo pietas etiam aulam habi-  
tat? Rectè quod tamen minus secura  
hanc habitet, Ansbertus deinceps habi-  
tare cœnobium instituit, Abbasque, mox  
Episcopus Rothomagensis, potius inter  
mendicabula degere. In eum finem Xe-  
nodoxia complura ædificavit, mensam  
ipse stravit, convivis suis conviva asse-  
dit, eodem & disco, & cibo usus. Jam ne  
dubites virtuti hostem aulam esse, à Pi-  
pino in exilium est pulsus, & maluit ille  
revocatus morte patriam prævenire. In  
defuncti brachio Crux visa est rubere,  
ipse etiam, cùm velum injiceretur, o-  
culos aperuisse, ut jam orbis vivum  
virtutis exemplar etiam in mortuo habe-  
ret. Sur. C. Mol.

G 4

Pias